



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Homili-||arvm Sive Sermo-||num doctissimi uiri loh. Eckij
ad-||uersum quoscunq[ue] nostri || temporis hæreticos,||
super Euangelia || de tempore || ... Tomvs ...**

... à Pascha usque || ad Aduentum,|| ...

Eck, Johannes

1534

VD16 E 292

Dom. XX. à fe. pent. Euan. Ascendens Iesus in nauicula[m]. Matth. 22.
Homiliæ duæ

urn:nbn:de:hbz:466:1-35259

Hierony.

in crucem suffixerunt. Ex quo intelligimus uenena inuidia posse quidem superari. sed difficile conuiescere. Quo modo etiā hoc nostro seculo neochristiani multis disputationibus cōuicti & superati scriptis plurimorum, ita ueniquiuerint amplius respondere uerbum, latenter tamē non desinunt uirulentum suum prosequi institutum, aliosq; Christianos abducere à ueritate & implicare erroribus. Nos iam oremus dominum, ut custodire nos dignetur ab erroribus fidei, & impartiri gratiam suam sanctam simul & dilectionem dei & proximi, quatenus sic ipsum diligentes, laudemus cum electis omnibus. Amen.

¶ Si uis plura dicere de amore dei, & multiplici eius specie, uide Bernardum de amando deum, Anselmum in stimulo amoris, Kempis in soliloquio, Augustinū in meditationibus, & aliās in pluribus locis, Paraldum amplissime & locos sacrae scripturae, & dicta sanctorum patrum colligentem. Pro deuotarijs & religiosis egregia dicendi materia. Verum seculares in mundo uersati, hanc spiritus dulcedinem non sentiunt.

DOMINICA XX.

A FESTO PENTECOSTES,

euangelium Matth. IX.

Marci. 2.
Luce. 5.
Johan. 5.



In illo tempore Ascēdens Iesus in nauiculam, transfretauit & uenit in ciuitatem suam. & ecce offerebant ei paralyticum iacentē in lecto. Videns autem Iesus fidem illorum, dixit paralytico: Cōfide fili, remittuntur tibi peccata tua. Et ecce quidam descri-

his dixerūt intra se: **Hic** blasphematur. **Et** cū uidisset Iesus cogitationes eorum, dixit: **Vt** quid cogitatis mala in cordibus uestris? quid est facilius dicere, dimittuntur tibi peccata tua, an dicere, surge & ambula? **Vt** autem sciatis quia filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata, tūc ait paralytico: **Surge**, tolle lectum tuū, **Johan. 5** & uade in domum tuam. **Et** surrexit, & abiit in domum suam. **Videntes** autem turbæ timuerunt, & glorificauerunt deū, qui dedit potestatem **Luce. 18** talem hominibus.

HOMILIA PRIMA.

Multa hic à domino exhibita sunt miracula. siquidem & leprosum mundauit, & centurionis seruum sanauit, sicut dominica tertia ab epiphania domini audistis dilectissimi in Christo, & febrientem **Matth. 8** Petri socrum curauit. moxq; cum transfretaret, solo uerbo imperij sui uentorum cohibuit impetus: deinde demoniacos duos à spiritibus immundis liberauit, qui & in porcos ingressi, furore correptos eos in stagnum præcipitarunt, ita ut perirent submersi, quo nomine & Geraseni rogarunt dominum, ut discederet ab eis. **Sicut** in hodiernum usq; diem plurimi sunt qui malint carere domino, quam exiguum pati rerum temporalium defectum. **An** tu adhuc ex me cupis commonstrari tibi Gerasenum aliquem? **Ecce** ad proximum cauponem perge, & ex eo que **Geraseni.** re, cur pariatu hospites suos male loqui de sanctis dei, ad uersus missam & sacramenta dei inuehi turpiter, & respō debet ille tibi: **Est** quod ex istiusmodi hominibus uictum mihi quæram. nolim eos à me abigi, quod si temeritatem eorum corripere, non uenirent ad me amplius, actum fuerit, periero. & erunt interim alij, qui ultro eos ad se recipiant, & ferant patienter. **En** Gerasenum hic tibi, quæ

ingruat porcellis suis, ne forte non satis impingentur, unde mauult carere ipso domino, inique sane & impie. Sequitur iam euangelium hodiernum, quando dominus a Cerasenis digressus, rediit in Galilæam: & ibi denuo omnipotentiam suam in anima & corpore paralytici huius manifestauit, quem a morbo liberauit simul & peccata ipsi sua remisit.

¶ Ita autem habet textus, Ascendens Iesus in nauiculam, Non indigebat ille quidem nauis, qui populo Israel profunda maris aperuit, ita ut siccis transirent pedibus, qui pedibus Petri obedire fecit fluctus maris, nisi uoluisset eo ipso suam quoque declarare humanitatem, quod nauicula uetus ipse, Petrum interim faciebat calcare aquas. Si enim mansisset Christus in potentia diuinitatis suæ, nihil comunc haberet nobiscum, nec humani generis operatus esset redemptionem. Voluit itaque subiacere necessitati, ut humanam sustinens infirmitatem, se quoque uerum restaretur hominem: quoniam si uere dicere uoluermus, non Christus nauis, sed nauis indigebat Christo. & Christus quidem ascendit in nauim, ut nos ex mari mundi huius educeret in patriam regni cælorum, qui intellectus loci huius mysticus est.

¶ Quo ad literam autem transferebat ille stagnum, & uenit in ciuitatem suam, quam Nazareth intelligit Hieronymus, eo quod Nazareus etiam appellatus est dominus. Chrysostomus uero Capharnaum esse putat. siquidem Bethleem ipsum tulit, Nazareth educauit, sed Capharnaum perpetuum illi erat domicilium, eaque fere communis est doctorum omnium sententia, sicut hic Theophylactus sentit, & Augustinus inquit: Nemo dubitat Christum hoc miraculum fecisse in ciuitate sua Capharnaum. (Tamen existimat ille Galilæam uniuersam fuisse ciuitatem domini, & ita singulas Galilææ ciuitates, id communiter recipi non solet, quia non est simile quod adfert de ciuitate Romana, eo quod sit in imperio Romano. nam populus dicitur Romanus, quia gaudet iure Romano & privilegijs, non sic in presentia. tamen noli multum disputare coram plebe, quia plus se inuoluunt, & non bene capiunt, quando in unam uel aliam partem colligantur argumenta.) Atqui ex Marco etiam satis

Exodi. 14.

Matth. 14.

Hierony.

Hierony.

Chrysoit.

Theoph.

Augustin.

Caphar.

Marci. 2.

liquet, ciuitatem hanc fuisse Capharnaum, qui & ipse h-
 storiam describens, ait eam factam esse post octiduum in
 ciuitate Capharnaum. Lucas, quando factum hoc refert,
 nullius loci meminit. Manet itaq; firmum qd ait Marcus
 aperte uenisse dñm in ciuitatē suā, hoc ē, in Capharnaū. *Lucę. 5.*

2. Et obrulerunt ei paralyticum decumbentem in le-
 cto. Marcus ait eum deportatum esse à quatuor, tantamq; *Marci. 2*
 fuisse in ædibus & foribus ædium angustiam, ut coacti fu- *Lucę. 5*
 erint illum demittere per tectum, quod & Lucas comme-
 morat. Nullus autem euangelista refert quid locuti sint
 cum domino, tantum meminerunt respexisse dominum
 fidem eorum, qui gestabant infirmum. Quoniam quam-
 uis miracula in multis perierant, sicut alibi dixit domi-
 nus, Væ tibi Capharnaū, quia usque ad cælū exaltata nūc,
 usque ad infernum demergēris, erant tamen adhuc ali- *Lucę. 10.*
 quot homines pī, in quorum cordibus operabantur mira- *Hierony.*
 cula Christi, cuiusmodi fuerunt illi portatores, quorum
 fidem respexit dominus, nō infirmi: cui tamen dixit, Cō-
 fide fili, remittūtur tibi peccata. Beda ait hūc graui adeo *Beda.*
 morbo laborasse propter peccata sua. Quo nomine do-
 minus, ut medicus optimus primum statim causam mor-
 bi sustulit, peccatum dum illi remisit, non secus quā co-
 lonus primum radices euellit spinarum, deinde agrū con-
 fert, & medicus prius humores restituit peccantes & au-
 fert, quā morbum ipsum adgrediatur curare. ita plane
 hic dominus primum peccatum aufert, hinc tandem cu-
 rat ægrotum, qui quā diu in peccatis permansisset, cura-
 ri non potuisset. Talis erat ille paralyticus apud Iohan- *Joh. 5*
 nem, quem ex peccato suo liberasse testatus est dominus,
 quando dixit: Ecce sanus factus es, iam noli peccare, ne de-
 terius tibi aliquid cōtingat.

Respexit fidem illorum, ubi Augustinus dicit: Quan- *Augustia.*
 tum ualer apud deum fides propria, si tantum ualuit pa-
 ralytico fides aliena? Atque hic præclarum & eximium
 habemus fundamentum eius, quod pro confesso habe-
 mus, quod alter alteri quid promereri possit. siquidem
 portatores isti meruerunt paralytico huic non solum sa-
 nitatem corporis, sed & remissionem peccatorū. Et quis
 hoc uerum est, quod nemo possit alteri promereri uel uitā

æternam, uel aliquam beatitudinis gradum, eo quod qui
 liber recipiet prout gesserit in uita sua, siue bonum, siue
 malum, attamen alter alteri promereri potest gratiam
 2. Cor. 15. penitentia & contritionis: alius quoque pro alio satisfacere
 re potest, illique gratiam sanitatis impetrare & bonæ felici-
 ratis, longæ uitatis quoque & aliorum bonorum tempora-
 lium. Quod si itaque respexit dominus fidem illorum qui
 portarunt infirmum, ideoque curauit illum, ubi sunt iam
 neochristiani nostrates, qui nec uirgini matri, nec cuiquam
 sanctorum tantum honoris relinquere uoluit apud Chri-
 stum, ut si quis illorum oret dominum pro infirmo alio,
 non sanet eum ad preces ipsius? An non tantum facit apud
 Christum intercessio matris, quantum ualuit fides illorum
 quatuor? sicut & mortuum suscitauit dominus tantum ad
 4. Reg. 13. contactum ossium Elisei. (induc, si uis, historiam totam,
 quæ ualet pro populo hoc tempore) Vide homilias de inter-
 cessione sanctorum. Inter cætera hic quoque obserua, quomodo
 opus aliquod meritorium sit apud deum, dicit. n. euangeli-
 sta: Respexit dominus fidem illorum, quam externo ope-
 re gestationis exhibebant, eaque ipsa fide meruerunt sani-
 tatem huius paralytici. Quid ergo obgannit neochristia-
 nus aduersus omnem tum rationem, tum scripturarum au-
 toritatem, nihil prodesse opera nostra? Nonne ad Cain di-
 xit dominus, Quomodo si bene egeris, recipies: sin autem male, statim
 in soribus peccatum tuum aderit, sed sub te erit appetitus eius,
 & tu dominaberis illius? En hæc tibi uerba dei ipsius, non
 papæ, non doctoris alicuius, non hominis. Et ubi interim
 latent temerarii isti neochristiani, qui aduersus uerbum
 dei conantur in nobis liberum auferre arbitrium: aut ubi
 in nobis dominium est super peccatum, quod tamen no-
 bis dedit deus, ut ut eripere illud nobis conentur hæretici
 citra omnem rationem? An adhuc tu probationem requi-
 ris eius, quæ opera nostra bona sint meritoria? ecce historiam
 tibi probatissimam de rege Achab, cuius uxor Iezabel oc-
 cidi fecerat uirum bonum Naboth propter uineam, et
 tunc misit dominus ad eum Eliam, qui peccati huius ulti-
 onem denunciavit ei &c. dic historiam ut ut uoles. Achab
 5. Reg. 22. autem audiens sermonem illum, discedit uestimenta sua,
 cilicium induit, ieiunauit, dormiuit in sacco, demisso ca-

pire ambulavit tristis, & factum est rursus uerbum domini ad Eliam, Nonne uidisti humiliatum Achab coram me? quia igitur humiliatus est mei causa, non inducam malum in diebus eius. Cetera require in homilia de fide & operibus.

¶ Quum iam respexisset dominus fidem portantem, licet & infirmus fidem habebat, dixit ad eum dominus: Confide fili, filium uocat, tanquam dei creaturam, uel quia iam credentem. siquidem nisi credidisset, demitti de tecto non uoluisset. Atqui pie & clementer compellat eum dominus, fili, inquit, confide. O mira humilitas, despectum & debilem torisque membrorum compagibus dissolutum filium uocat, sed tamen uere filius ille Christi erat per fidem, statimque iam filius efficiebatur dei per gratiam, remissis ei peccatis. Usque adeo mitis & misericors est dominus deus. Fili, ait, confide, beatus enim uir qui confidit in domino, & dominus erit consolatio atque fiducia eius. Confide fili, inquit, remittuntur tibi peccata tua, quo uerbo testatus est dominus infirmitatem illius ex peccato ortam fuisse. Est hic Glossa quedam multum ponderanda, quae rationes continet unde plerisque adueniant morbi, quae quamuis non sit iam materia nostra, tantum indicanda est paucis, neque ita cursim transilienda. Et principio quidem grauibis saepe morbis corripuntur boni, ut meritum eorum per patientiam augeatur, sicut de sancto Iob constat, & ex eo liquet quod Raphael dixit Thobiae.

2. ¶ Ad uirtutum custodiam, ne quis in superbiam & alia peccata incidat. sic Paulo datus est stimulus carnis, ne magnitudo reuelationum extolleret ipsum.

3. ¶ Veniunt morbi etiam in poenam peccati, sicut Maria Moysi soror, lepra infecta est, eo quod murmurauerat contra Moysen, & hic de paralytico.

4. ¶ Ad manifestandam gloriam dei, sicut ipse testatur dominus de caeco nato & Lazaro.

5. ¶ Ad initium poenae aeternae, sicut Dathan, Chorea & Abiron uiuentes sunt absorpti. & Herodem percussit angelus, unde a uermibus absumptus perit misere. De huiusmodi aegrotantibus ait propheta: Duplici contritione conterere eos. (extende ita ut placuerit, quia ut uulgare, ita facile est, & secundum propositum adplicari potest ad

Chrysof.

Hierony.

Joel. 2

Jerem. 17

Glossa.

Beda.

Thob. 1. 24

Thob. 12

2. Corin. 12

Nume. 12.

Joh. 9. 18

Nume. 16.

Actus. 12.

Jeremi. 17

alias quoque tribulationes, puta pestis, famis, belli, inclementia aeris &c. quamuis & naturaliter eueniant.)

4. ¶ Magnificum & multum consolatorium hoc Christi uerbum audientes quidam de scribis, dixerunt intra se. **Hic blasphematur.** Quo animo & adfectu, pulchre exprimit Marcus: **Quis potest dimittere peccata nisi solus deus?** Lucas quoque idipsum non tacuit, quoniam inauditum erat Iudaeis, hominem dimittere peccata, & potestas illa omnibus retro seculis audita non fuerat, donec lex euangelica in terram demitteretur. **Nō**rant Iudaei illud dictum à domino per prophetam, **Ego sum, ego sum ipse**, qui deleo iniquitates tuas propter me, & peccatorum tuorum non recordabor. **Nō**rant sacerdotibus suis magna commissa dataque esse priuilegia diuinitus, sublimemque potestatem traditam. **O**brulerunt illi sacrificia, & deprecati sunt pro populo, confessionem apertam proposuerunt, benedixerunt, consecraverunt omnia, decimas & primitias ceperunt, nullam autem potestatem dimittendi peccata haberunt. nondum enim uenerat uerus ille clauiger & artifex, qui clauis possidet ad regnum caelorum, quas in ardentissimo sanguinis sui seruore candentes parauit in ara crucis, easque Petro & apostolis commendauit iam plane instauratas in die paschae, quando dixit discipulis suis: **Accipite spiritum sanctum.** quorum remisistis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta erunt. quae maiestas atque potestas inaudita priscis fuit seculis, nuncque primum à deo collata hominibus tempore gratiae & nouae legis. **Q**uamuis hic quoque ut in alijs, ingrati sunt neochristiani deo, clamantes cum Iudaeis, deum solum remittere posse peccata, sacerdotem hic nihil facere. **H**ac ista ueterum est crocitratio coruorum, non agnoscentium gratiam dei, meritum Christi & dignitatem noui testamenti legis nostrae euangelicae. Iudaei adhuc sunt illi, dum non uident Christum hanc potestatem contulisse hominibus. **A**rsque ideo sancti patres differenter loquuntur de remissione peccatorum. primum enim de ea loqui possumus, ut de illo qui principaliter peccata dimittit, idque propria uirtute tantum summus ille & praecipuus, qui primam supremamque habet at dimittendi peccata potestatem, isque qui peccato offenditur, est deus.

Marci. 1
Luc. 5

Isaie. 43

Sacerdo.
ve. leg.

Num. 6
Leuit. 9.

Matth. 16
Johan. 20

Remissio
peccatorum

2. ¶ Peccata dimittit quispiam tanq̄ is, qui noxam seu culpam pro illo soluit, atq; ideo eminētius penes eum est potestas remittendi peccata. atq; is Christus ipse est. Quod facit illud dictū Augustini, Nemo tollit pct̄m nisi Christus, qui est agnus dei tollens pct̄ā mundi. Neque dissentit hinc Ambrosius, quum ait: Solus ille remittit nobis pct̄ā, qui pro peccatis nostris mortuus est.

Augustinus
Johan. 1.

Ambrosius

3. ¶ Potest & adhuc dimittere aliquis peccata tanquā minister & uicarius, à uero domino in eam potestatem repositus. sic sacerdotes dimittunt peccata per sacramentum penitentiæ, quod efficaciam & uirtutem suam habet ex merito passionis Christi. Sic ait Augustinus, Confitebuntur possunt ignoscere sacerdotes, quia quibuscunq; illi remittunt peccata, ihs & deus remittit. Siquidem & Lazarum iam à morte rediuiuum apostolis dedit soluendum, innuens potestatem soluendi presbyteris esse contrariam. in hoc enim alibi dixit, Quicquid solueris super terram, erit solutum & in cælis. hoc est, Ego deus cum omni meo cælesti exercitu, sanctisq; meis omnibus in gloria mea ratum adprobo uobiscum, quicquid uos uel ligaueritis uel solueritis. (solet aliàs breuib⁹ dici, Triplex est clavis: autoritatis, & est dei: excellentiæ, & est Christi: & ministerij, quam habet sacerdos minister dei & ecclesiæ) Ad nos iam depreçemur dominum, ut nobis quoque gratiæ suæ consolationem impartiri dignetur, quatenus remissis nobis omnibus peccatis, post hanc uitam illam consequi mereamur æternam, Amen.

Augustinus

Johan. 13

Matth. 18

HOMILIA ALTERA EIVSDEM
dominicæ XX.

Oblato sibi paralytico, dixit dominus: Confide fili, remittuntur tibi peccata tua. Id audientes scribæ, **CHRISTVM** in simulârunt blasphemiam, rati ipm hominem esse purum, neque illius agnoscentes diuinitatem. Ipse uero cõprobare uoluit æqualem esse se deo patri, & non blasphemum, quamuis dixerit se deum esse. blasphemata enim iuxta Ambrosium, est impositio falsi criminis in deum, aut attribuendo ei quod non cõuenit,

Ambrosius

§ § ¶

aut auferendo quod ad eum pertinet, aut attribuendo crea-
turæ quod solius dei est.

¶ Atq; hac ratione dominum blasphemum hic puta-
bant esse Iudæi. Sed ille uicissim superiorem suum sermo-
nem confirmauit hic alio nouo signo, quoniam sit ipse æ-
qualis deo patri. Quis enim inter homines scit quid sit in
homine, nisi spiritus qui in eo est? Solus siquidē deus scru-
ratur renes & corda. At Christus animaduersis eorum co-
gitationibus, dixit illis: Quid cogitatis mala in cordibus
uestris? Quid facilius est dicere, Remittuntur tibi peccata,
an dicere, surge & ambula? uidit utiq; cogitationes eorum
dominus, iuxta illud sapientis: Oculi dñi multo plus lu-
cidiores super solem, circumspicentes omnes uias homi-
num & profundum abyssi, & hominum corda intuentis
in absconditas partes. Ita hic respexit dominus cogitatio-
nes Iudæorum, & ait: Quid cogitatis malum? Vere enim
malum cogitabant, dum illum deum non credebant, qui
diuina tamen sibi opera adrogabat, cuiusmodi est remis-
sio peccatorum, nisi suspicabantur ipsum esse blasphe-
mum. Dominus autem qui uidebat cogitationes eorum,
ueluti sic dicere eis uoluit: Eadem tum uirtute, tum ma-
estate, qua uestras intueor cogitationes, possum etiam di-
mittere peccata. Id ipsum alio adhuc probat argumento,
dicens: Quid facilius est dicere, remittuntur tibi peccata
tua, an dicere, surge & ambula? Eadem hæc utiq; est pote-
stas soli deo concessa, licet altera sic maior existat, ut ani-
ma corpore dignior est. Quando igitur ita sanare corpus
uero unico, tantum uirtutis est diuinæ, nunquid & curā
& salutem animæ solius erit diuinæ potestatis? facilius siqui-
dem est curare corpus quam animam, eo quod illud non
resistit, sicut anima diuinæ bonitati ponit obicē. Et quid
multa? noluit hic auferri sibi dominus potestatem suam
curandi animas hominum, sicut de eo prædixerat ange-
lus, Ipse saluum faciet populum suum a peccatis eorum.

¶ Matth. 1

¶ Obficiet autem aliquis: Quomodo maius sit curare animam
quam corpus, quomodo hic dominus probare conatur ex eo, quod
infirmum sanabat, se etiam illud posse quod maius erat,
quando etiam illi sancti ueteris testamenti miracula qui-
dem operati sunt, peccata autem non dimiserunt. Respon-

Psalm. 7

1. Corin. 2

1. Para. 28

Roma. 5

Ecclesi. 3

Seda.

Augustin.

¶ Matth. 1

detur: **E**tsi uere hoc minus sit sanare corpus quam animam, tamen coram oculis nostris difficilius uidetur uerbo unico sanare corpus: ideo hic testatus est suam diuinam uirtutem, quæ quando hic præsens extitit, procul abfuit omnis blasphemia. Quasi igitur in hæc uerba dicere uoluit dominus: **E**go ex corporis cura fidem uobis facio, & animam sanem, per rem minorem quidem, sed quæ difficilius uidetur, confirmans sic etiam peccatorum remissionem, quæ magna quidem est, sed facilius uobis uidetur.

Theoph.

2. **E**tsi dominus non aperte potestatem suam manifestauerat superiori sermone, eo quod non dixerat, dimitto, sed dimittuntur tibi peccata, inimicis tamen urgentibus, manifestius iam suam potestatem ostendit, & ait: **U**t sciatis quia filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata, tunc ait paralytico: **S**urge, tolle lectum tuum, & uade in domum tuam. **I**nter dicere (inquit Hieronymus) & facere, multa distantia est, utrum sint paralytico peccata dimissa, solus nouerat qui dimittebat. Surge autem & ambulare cum tam ipse, quam alij uidentes adprobabant, factum itaque est signum illud corporale, ut crederetur spirituale, remissio scilicet peccatorum.

Chrysost.

Hierony.

Quor autem factum hoc tam diligenter sit à tribus descriptum euangelistis, ipse adeo dominus tanta euidetia probare uoluerit potestatem esse sibi dimittendi peccata, sancti patres rationem adferunt ex ipso fundamento scripturæ: quoniam propter hanc potestatem manifestandam totum omnino scriptum est euangelium, & si hic aliquod exortiretur dubium super illa potestate, tam grauius eam confirmare uoluit dominus, tamque diligenter factum id totum descripserunt tres euangelistæ, quomodo & quartus ille testis miraculorum Christi, Iohannes dicit: **S**cripta sunt hæc, ut credatis quia Iesus est Christus filius dei, & ut credentes uitam habeatis in nomine eius. **E**cce quam pulchre conueniunt illa, quæ hic dicit, omnia primum ait, ut sciatis quia filius hominis, in primum hoc, quod & obseruauit Petrus cum dixit: **H**uic omnes prophetæ testimonium perhibent, recipere peccatorum remissionem in nomine ipsius, ihs qui credunt in eum. **D**einde potestatem suam commemorat in cælo & in

Johan. 20

Actu. 10

Matth. 9.1. terra, locum quoq; subindicans & dicens, peccata se dimittere in terra non minus quam in caelo. Quando igitur potestate hac dimittendi peccata habuit Christus filius hominis hic in terra, ne indignetur ne ochristiani illum potestatem hanc etiam communicasse apostolis, tanquam ministris & vicariis suis, quibus antequam potestatem illam traderet, dixit: sicut misit me pater, & ego mitto uos. **Missus** ille fuerat in hunc mundum ad remittenda hominibus peccata sua. Itaq; & apostolos dum ablegauit potestatem illis dedit dimittendi peccata. Atq; hoc forsitan illud est, quod eodem penes seculo praedicationem suam exorsi sunt, **Iohannes Baptista, Christus & apostoli**, in hunc modum: **Poenitentiam agite**, adpropinquabis enim regnum caelorum, quibus uerbis & Christus & apostoli principio sui sermonis usi sunt. ita enim **Petrus** cepit dicere, **Poenitentiam agite**, & baptizetur unusquisque uestrum in nomine **Iesu Christi** in remissionem peccatorum uestrorum, atq; sic recipietis donum spiritus sancti. **Quere** immensam & superaffluentem dei misericordiam, qui potestatem tantam dedit hominibus, signum elargitus certissimum, sacramentum illud poenitentiae, unde certi siamus de remissione peccatorum, modo ne sacramento tanto obicem ipsi ponamus. Atq; ideo tam efficaciter probauit hic dominus potestatem illam remittendi peccata. utinam modo ne ochristiani plus tribuerent huic potestati clauium, quam faciunt homines temerarij & impudentes, qui tantis audet detrahere mysterijs.

3. **¶** Porro iam ualidius diuinitatem suam confirmat dominus per miraculum tantum, & imperiose dicit: **Surge, tolle lectum tuum, & uade in domum tuam.** In hunc modum operari miracula solius dei est, sic propria imperare uirtute. Operantur namq; & sancti quidem miracula, sed quicquid est quod faciunt illi ab oratione seu deprecatione parum differt, quam conentur tantum precibus suis quod uolunt impetrare apud deum, sicut **Elias, Eliseus & alij** fecerunt. Atq; ut maxime etiam sancti nonnunquam operantes miracula, usi sint uerbis imperatiuis, id ipsum tamen quoq; non propria fecerunt uirtute, sed tantum potestate **Christi**: quomodo **Petrus Ananiam & Sapphiram**

Actus. 5.

verbis tantum occidit, multiq; alij saepe daemoneis impe-
 rarunt, ut secedant ab obsessis in nomine Christi domini
 sui. Christus autem quia propria sua potestate hic praeci-
 pit paralytico, ut surgat, sua professus est diuinitate: ne-
 que multo aliter q; aliquis institutu suum sigillo proprio
 aut literis proponit, sic Christus potestate sua miraculis
 uelut signo suae coprobauit diuinitatis, diuineq; uoluntatis,
 quoniam deus uoluntate sua non ferret subsidium erroris
 alicui ad quicquam supernaturaliter operandum, sed hic
 solo uerbo paralytici anima priores adsequura est uires,
 ut iam ille suum portaret lectum, in quo paulo antea iacu-
 erat dissolutus. Sic, sic inquam lectus illi argumeto & pro-
 bationi fuit suae sanitatis, qui sibi antea signu fuerat infir-
 mitatis. Ideo aut iniunxit ei ut lectu gestaret in domu su-
 am, partim ne multi non signu ueru, sed phantasma facti
 dicere auderent, partim ut uideret populus ciuitatis illius
 magnitudinem miraculorum dei, qui magna utiq; hinc
 tenebatur admiratione, dum omnibus notum uidebat sub
 lecto incedere, qui antea in illo fuerat portatus, quicq; iam
 ut ille canit, uictore ipse suu grata mercede reuexit. Atq;
 faciebat hoc plurimum ad honorem & gloriam dei, ut sic
 plurimis hominibus manifestaret. Et ecce quam idem pla-
 ne & unum in deo est, dicere & facere, iuxta illud Dau-
 dis: Ipse dixit & facta sunt, mandauit & creata sunt. Omnia
 quaecunq; uoluit dominus, fecit. Statim igit ad illud Chri-
 sti uerbu surrexit & abiit in domum suam, obediens ei q
 ipsum curauerat medico. Caterum mirit ille eu, cu sanas-
 set in domu sua, partim ut humilitate ostenderet, q cum
 no retinuerit, partim ne multi no signu uer-
 su factum dicere auderent. Nullum unq; uel caecum uel pa-
 ralyticum, uel daemonicum curatum, uel resuscitatum a
 se mortuum discipulum adsumpsit dominus. Multa qui-
 dem cora discipulis suis oparus est ille miracula, in cor-
 poribus tn eorum nullu exhibuit ratioe alicuius agritu-
 dinis, sed in anima bn, sicut miraculose sibi attraxit Mat-
 theum: in amicis eor, ut in socru Petri, qua sanauit a febr-
 bus. Petru q; ipsum fecit capere pisces, calcare aquas ma-
 ris, cuius etia uetos & fluctus uerbo copefcuit, sed in cor-
 poribus eor: nullum unqua curauit morbum, sed magna
 SS iij

Hierony

Theoph

Sedulius

Psal. 148

Chrysost

Matt. 9. 8

Luc. 7

Matt. 14

Matt. 8

humilitate quotquot sanauit, à se statim amandauit, sicut hunc ipsum paralyticum.

4. Videntes autem turbæ (quæ in ædibus illis erant tantæ, ut non liceret paralyticum hunc per fores, sed per tectum solum inferre, demissum) timuerunt, admirabundæ scilicet & merito quidē, aduersarijs Christi iam ex miraculo tanto confusis. laudauit populus deum, ex cuius uerbo & imperio solo infirmus iste sanitatē recepit. Quis enim non obstupescat attonitus ex tam magnifico factō,

Jeremi. 20

quādo etiā propheta exclamat, Quis nō timebit te o rex gentiū? Et bene notandū est quod ait euāgelista, quia glorificauerunt deū, qui potestatē talē dedit hominibus. Quis sic inquires, quoniā uolebant scribæ nullum hominem habere potestatem dimittendi peccata. Iam uero quādo probauerat hoc Christus uirtute propria potestatem habere se dimittendi peccata. siquidem & potestatē habeat uerbo curandi paralyticū, idēq; ipsum factō præstiterat, cœperūt laudare dominum deū, qui potestatem tantā remittendi peccata, & infirmos curandi dederat Christo, quæ p̄p̄ adhuc credebant esse hominē. Quod si rem melius expendissent, uidissent eum quoq; filium esse dei: tunc tamen temporis satis erat illos plus aliquāto sentire de Christo, quā quo

Johan. 3

libet alio homine, quodq; profitebātur aliquid diuinum de eo quem à deo esse dicebant. sic enim & Nicodemus pri- mulum non plus tribuit Christo, nisi quia dixit: Scimus quia à deo uenisti magister ita illi cognoscentes miraculum tantum non posse nō à deo esse, glorificauerunt deum, iuxta illud Sapientis: Glorificātes dominū quantum

Ecci. 43

cuiq; potueritis, superualebit adhuc & admirabilis magnificentia eius. sic Dauid, Laudem inquit, loquet os meū,

Psal. 144

& bñdicat om̄is caro nomini sancto eius. Docet idipsum nos quoq; euāgelicus propheta Isaias, inquires: Misera-

Isaię. 63.

tionum domini recordabor, laudem domini super omnibus quæ reddidit nobis dominus, & super altitudinē bonorum domus Israel, quæ largitus est nobis secundum

Beda.

indulgentiam suam. Beda historiam hanc mystice quoq; exponit, in hūc modū: Aegrotū ex lecto surgere, est animā sese abdicare à uoluptatū carnaliū illecebris & sordib⁹

Ephē. 5

peccatorū. Quā obrē & Paul⁹ p̄tōri loquens, dicit: Surge q

dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te **Christus**.
Lectum autē gestare non aliud est, quàm carnem per abstinentiam restringere, atq; in spe remunerationis celestis corpus segregare à uoluptatibus carnis. Redire uero in domum quid est nisi in paradysum reuerti, quem perfidia diaboli amisimus? neq; enim hic ullam habemus manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus. (facilimum est iter per symbola) Aegrorantem peccatorem iubet deus per penitentiam resurgere, suumq; gestare lectulum, hoc est, carnem domare peccatricem. Quod respiciens etiam **Dauid**, dixit: **Vniuersum lectum eius uersasti in infirmitate eius. Quilibet peccator carne sua tantopere sibi deum conciliet, in illa tantum deo seruiat, quantum antea seruierat per eam peccatis, ingredjatur domum suam per contemplationem piam, meditetur quàm contemptum, sordidum, lutulentum & caducum corpus habeat, cibum & escam uermium. Atq; omnino, iuxta illud Nahum: Iniret in lutum & calcer, subigens teneat laterem. Si uis huiusmodi complura alia inferre, uide Hugonem in additi onibus de 4. diebus. Si uis, fac sermonem de nauis ecclesie, quæ magnis quatitur fluctibus à tyrannis, ab hæreticis, ab hypocritis, persecutione, errore, prauo opere. In ista nauis secure nauigat ecclesia gubernaculo fidei, ancora spei, uelo liberi arbitrii, flante uento spiritus sancti, remigantibus angelis, Christo nauclero, erecto malo sanctæ crucis, deferuntur chori iustorum ad portum tranquillū paradisi. Extende sicut placet, in symbolis iter facilimū. Aut per nauem intellige nauem penitentia, ad quam in ducuntur peccatores: per nauitas, sacerdotes, aut qui iam in mari fluctuant peccatorum, in hanc nauem conscendat penitentia per gradus contritionis, confessionis & satisfactionis, cibentur pane nauali eucharistia, contra malos uentos tentationum, ancora fidei in deum se firment, uelum mentis aperiant inspirationibus & flatibus spiritus sancti. Erigant uexillum sanctæ crucis cum crucifixo, & huic robur nauis credant, cū omnia bona opera ex passione Christi habeant efficaciam. implorent angelos custodes nauis, inspiciant compassum fidei, nauticum cantent laudem domini, dirigant nauem remone discretio-**

nis, remos trahant præceptorum dei, opere illa implendo, caueant monstra marina & Sirenes cantus dulces, uo-
luptatis illecebras, ne antiqua peccatorum aqua nauem
ingrediatur, obstruenda sunt foramina prauæ consuetu-
dinis, & occasiones peccatorum excidendæ, eijcienda om-
nia quæ nauem onerando dimergunt, uelut iniuste ac-
quisita & possessa restituenda &c. Vide Keyferspergium,
& libellum nostrum.

DOMINICA XXI.

A FERIIS PENTECOSTES,
euangelium Matth. XXII.



In illo tempore dixit
Iesus turbis: Simile fa-
ctum est regnum celo-
rum homini regi, qui fe-
cit nuptias filio suo, &
misit seruos suos uoca-
re inuitatos ad nuptias,
& nolebant uenire. Iterū
misit alios seruos, dicēs:
Dicite iuitatis: Ecce præ-
dium meum para uī, tau-

ri mei & altaria occisa sunt, & omnia parata, ue-
nite ad nuptias. Illi autē neglexerunt, & abierūt,
Supra. 27. alius in uillam suam, alius uero ad negotiationē
suam. Reliqui uero tenuerunt seruos eius, & con-
tumelijs affectos occiderūt. Rex autem cum au-
disset, iratus est. & missis exercitibus suis, perdi-
dit homicidas illos, & ciuitatem illorum succen-
dit. Tunc ait seruis suis: Nuptiæ quidem paratæ

Luce. 14.
Apo. 19